



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

XXXVIII. Vt nullus cum excommunicato communicet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

fratribus, aut de duabus sororibus procreatur, in coniugium accipere: nec qui de ipsis nati fuerint, in coniugio socientur.

XXXII.

Non licet vt nepos auunculi vxorem accipiat.

XXXIII.

Non licet presbytero, nec diacono, ad trepallium, vbi rei torquentur, stare.

XXXIV.

Non licet presbytero in iudicio illo stare, vnde homo ad mortem tradatur.

XXXV.

Non licet presbytero, aut diacono, vel cuiquam clericorum, de qualibet causa conclericum suum ad iudicem sæcularem trahere.

XXXVI.

Non licet mulieri nuda manu eucharistiam accipere.

XXXVII.

Non licet mulieri manum suam ad pallam dominicam mittere.

XXXVIII.

Non licet cum excommunicato communicare, nec cum eo cibum sumere.

XXXIX.

Si quis presbyter, aut quilibet de clero, aut de populo, excommunicatum absque voluntate ipsius, qui eum excommunicauit, sciens receperit, aut cum illo panem manducauerit, vel colloquium habere decreuerit, simili sententiæ subiacet.